



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XLIII. S. Salvii Cluniacensis ordinis, monasterium, Prioratus titulo  
illustre, ad Scaldim fl. apud Valentianas Hannoniae vr bem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

## CAPUT XLIII.

## S. SALVII

*Cluniacensis ordinis, monasterium, Prioratus  
titulo illustre, ad Scaldim fl. apud Valentianas Hannoniae urbem.*

**H**abet id nomen à S. Saluio Episcopo & martyre, ibidem cum socio S. Superio quiescente; quorum sacra ossa, feretra argenteo decenter inclusa, coram aliquando veneratis sumus. Ceterum nefariè uterque interemptus est, anno septingentesimo nonagesimo octavo in arce vicina, quæ Breuiticum, vulgo Bruuaige dicitur. Quorum corpora Carolus Magnus Imperator, anno post tertio, adstante clero eleuauit, atque ex loco martyrij ad vicinam sancti Martini basilicam honorifice transtulit, quæ hodieque parœcialis eius loci est basilica. Adiecit eidem mox alteram basilicam in honorem SS. Apostolorum Petri & Paulli & S. Saluij in eaque Canonicos seculares sex, sub unius Præpositi regimine, instituit, fisci Valentiani parte eidem assignata. Porro beatus Bruno Coloniensis Archiepiscopus & Hannoniae reformator, indulxit, ut emorientibus Canonicis, ad collegiatam S. Saluij basilicam Benedictini (quos in basilica S. Gaugerici, tunc extra muros urbis Valentianæ sita, Pipinus Maior

An. 798.  
teste Sigeberto in Chron.

An. 801.

Iac. Guisianus in Chronicis Hannoniae lib. 14.

domus Austrasiorum & postea Francorum  
Rex collocarat & dotarat ) paullatim com-  
migrarent.

Hæc ex manuscripta eius loci *historia*, à R.P.  
Theodorico Gisberto, Louaniensi, cœnobij hu-  
ius Praefecto, conscripta, & Hannonicis Iacobi Gu-  
isiani *Chronicis* desumsimus. Operæ pretiū fuerit  
bis adiungere, quæ *Chronographus Cameracensis*  
commemorat: Non procul à castro Valentia-  
nensi olim quidem sancti Martini Ecclesiola,  
nunc autem monasterium Canonicale in  
veneratione etiam S. Saluij Episcopi & mar-  
ryris constat. Ipso namque tempore, sanctus  
Saluius totus supernè patriæ inhians, caussâ  
peregrinationis habenas reliquit Episcopij,  
profectusque peregrè prædicationi operam  
dare æstimauit. Igitur de loco ad locum  
procedens verbum Dei populo suggerebat,  
& maximè celebrationibus Missarum insta-  
bat. Verum ubi ad ipsam viciniam deneniret  
ac quadam die de Valentianensi portu ad vi-  
cum Condatum transfret, à quadam pesti-  
fero, factis infidiis, captus, in custodia reli-  
gatur, raptisque indumentis sacerdotalibus,  
& ornamentis Episcopalibus, quæ secum  
portauerait, obtruncatur. Sepultusque à viris  
religiosis in supradicta sancti Martini Ecle-  
sia, tunc ad præfens & postea multis præconi-  
zantibus miraculis, quanti & qualis meriti  
exstitisset, apparuit, ut plenissimè in libro suæ  
passionis reperitur. Vnde attonitus Princeps  
regionis Carlo-Martellus, pro salute animæ

de ipso

de ipso fisco Valentianensi , & de aliis rebus locum augmentauit, sumptùmque stipendiarium deputans , Canonicos constituit. Ita Chronographus Cameracensis ; qui tamen memoria h̄ic lapsus videtur , dum Carolo Martello attribuit quæ Carolo Magno erāt adsignanda, ut patet ex Sigeberto in Chronico , & ijs quæ paullò antè diximus.

## CAPVT XLIV.

VVerdenense monasterium, Germanicè VVerden, in d. Coloniensi.

**V**Verdena opidum est d. Coloniensis ad Ruram fluuium, in quo exstat illustris Abbatia monachorum Ordinis S. Benedicti à S. Hudgero primo Episcopo Monasteriensi, & Carolo Magno fundata: in qua, hodieque eiusdem S. Hudgeri sacrum corpus quiescit , de quo vide plura apud Ioannem Molanum in Natalibus Sanctorum Belgij 26. Martij. Abbas est Princeps Imperij liber , atque Imperatori immediate subiectus; estque unus ex quatuor Imperij Abbatibus , ut nuncupant.

Cæsaris VVerda est itidem d. Coloniensis opidum ad Rhenum fl. situm , in quo noble est Collegium Canonicorum , quod Sancti Suitberti Episcopi , qui Sancto VVil-